



PRÆFATIO.

 leges moresque eum postulent,
ut gradum Doctoris acceptu-
rus specimen aliquod profec-
tuum ederet, publicaque disquisitioni sub-
mittens, defendereret. Dubium me diu at-
que incertum hæfisse, quamnam pro ejus
specimine feligerem materiam non diffiteor.
Varias materias animo cogitationeque per-
*) (curri.

curri. Sed cum centies repetita repetere
nollem, mox ab iis abstinere coactus sum.
Denique cum in ultimis annis Aphthæ
hic frequenter se febribus associaverint, om-
nesque affectiones, sub nomine Aphtha-
rum intellectas, distincte tractatas nulli-
bi invenirem, animum ad harum elabo-
rationem inducere ausus sum. Hst! quid

Tiro

Tiro novi de morbo proferre potest.
Hoc si considerem timore percussus de
materia mox abfinuisse; nisi, quod si
multa majoris momenti omissa, plura mi-
nus accurate dicta invenient Lectores, id
meæ juventuti temporisque brevitati facile
condonaturum esse, spe niterer. Cumque
etiam juniorum medicorum nulla sit expe-
rientia, nilque nisi, relata referri possint,
neminem

neminem prudentum mihi vitio vertere,
quod ex Celeberrimorum Auctorum &
Reverendorum Praeceptorum meorum col-
lectis praesens specimen concinnarerim ac
pullice ad examinandum proponam, spe-
ro. Hac spe ergo excitatus hanc mate-
riam valde criticam exarare, omnesque
Aphtharum species, quas ex Scriptorum
veterum recentiorumque scriptis delineare
potui, in ordinem redigere non dubitavi.